



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Die vigesima-quinta Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

Maij 23.

fol

NAT AL E S

Gemblacensis repetendum duximus, quod nos orationum  
suarum apud Deum patrem constituant participes. Da-  
tum Romæ, in terminacione concilij Lateranensis, Calen-  
dis Decembris, feliciter. Habitum est hoc generale  
Concilium sub Innocentio tertio, anno supra  
millesimum, ducentesimo decimo quinto. Cui  
cum domino Ioanne archiepiscopo Neopatrensi,  
intererat supradictus Wilhelmus decimus quintus  
Abbas Gemblacensis.

Cæterum non ad sanctum Vuibertum, fundatorem  
Gemblacensis monasterij, sed ad Vuibertum decimum ter-  
tium ibidem abbatem transmisit sancta Hildegardis solu-  
tionem triginta octo questionum, quas per eum Villari-  
enses miserant.

### Die vigesima-quinta Maij.

*De sancta Adilia, sorore sancti Bauonis.*  
Obseruatio ex bibliotheca domini Vigilij,  
Præpositi Gandauensis.

**O** crauo Calendas Iunij, A D I L I A sororis  
sancti Bauonis.

Hæc verba obseruaui in bibliotheca præpositoræ sancti  
Bauonis Gandensis, dum antiqua inspicerem Missalia: Qui-  
bus lectis, non dubitaui quin beati Bauonis ecclesia, olim  
sanctæ Adiliæ memoriam in divino officio celebrauerit.  
Cæterum quo loco quiescat, & quæ eius fuerit vita, nuf-  
quam reperire potui. Nisi sit sancta Adilia Orpiensis: quam  
dubitacionem, ex quarundam ecclesiarum Martyrologijs  
conceptam, ad ultimum diem Iunij de sancta Adilia actu-  
tus proponam.

Die